Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift

m. eosq; inducens uertatis euangelice rudimentis que desiderabant illustrauit.
Hæ sequuntur: Dicit eis: Venite et uidete. Statimq; subiungit: Venerunt et uiderunt
ubi manere. et apud eum manserunt die illo. Id est si altiori sensu libet inspicere quid
nobis agendum insinuent discipuli meo. quid ad dnm quidem ambulantem uenerant. sed
eum continuo ubi habitare inquirebant. admonet utique nos ut quotiens incarnationis
eius transitum ad mente reducimus. sollicito semper dm corde rogemus. ut habitatio
nem nobis carne sue mansionis que est apud patrem ostendere dignetur. dicentes cum
moyse. Dne ostende nobis gliam tuam. Id est ut ipse discipulos uenire et ubi manere
uidere permisit. ut uirtutum profecto studium quibus ad eterna gaudia puenitur subeun
dum nobis ostendit. Venite et eni post illum e ut mansionem eius uidere possimus. bonis
operibus que ipse pmonstrauit insistere. horum scilicet die perceptis ad celsitudinem di
uine uisionis attingere. Venerunt inquit et uiderunt ubi maneret. et apud
eum manserunt die illo. hora autem erat quasi decima. Iuxta lex decem preceptis data
est. sole in denario numero profecto legis indicari. Bene ergo decima hora uenerunt
discipuli ut mansionem ibi uiderent. quia nimirum necesse est. ut qui dm deside
rat uidere. di se mandatis humiliter subdat. quique luce diuine contemplationis
postmodum frui appetit. prius adiuuante dno decalogum legis peperit lucis
quasi decem horas die sole illustante compleat. Et illi quidem die illo manentes apud
dnm. felicissima uertatis speculatione uesperam expectabant. At uero omnis electi p
operum bonorum perfectionem post impleta legis di preceptorum perpetuum et nullo fine obnoxium
diem secum illo acturi. illum uidere et que uidere desiderant perpetua cantabant. quia
melior est dies una in atriis tuis supra milia. Erat autem andreas frater simonis petri. unus
ex duobus qui audierant ab iohe. et secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum
simonem. et dicit ei. Inuenimus messiam. qd est interpretatum xpm. Et adduxit eum ad illum.